Clemens Papa XII.

Venerabilis frater, salutem, et Appostolicam benedictionem. De fraterni-
tatis tuę in nos, Romanamque Sedem observantia, de tuaque Ecclesiasticę
libertati tuendę cura, iam pridem nobis compertum erat, multoque id-
circo ferebamur erga te amore, propensique animi studio. Postquam ve-
ro è tuis litteris intelleximus Religionis te duxisse, quidquam in cano-
nicatus negotio, de quo Charissimus in Xpto filius noster Catholicus
Rex tecum egit, nobis inconsultis movere: easdem tuas virtutes, ac ef-
Sacerdotale robur penitus introspeximus, lętatique sumus, in te exper-
tum esse bonum Israelitam, qui modeste renuat, domus Domini ju-
ra neglectui habere. Te ne igitur susceptum propositum, nihil in ea cau-
sa novandi, ac Religiosissimo Regi suplex renuntia, non te adeo sen-
piternę salutis injuriosum esse, ut possis prebere operam, despoliandis Apos-
tolicę Sedi, cęterisque Hispanię Episcopis, jure vetustissimo, nec hacte-
nus controverso, cooptandi vicissim in Canonicorum Collegia, ubi contin-
gerit vacare locum. Nec spectatissimę, tanti Regis pietati, ęquitatique con-
sentaneum fore, ex uno tantum, eoque improviso cujusquam Magistratus
dicto, jus Patronatus, in re nova, tantique momenti sibi asserere. Terri-
non possumus, quod Maiestati suę, iustam animi trepidationem tui n
sis probaturus: atque illa primarij non minus dignitate, ac Religion
quam in se fide Antistitis audire noluit. Pro quo felici successu Apos-
tolicam benedictionem, fraternitati tuę peramanter impartimur. Da

Datū Romę apud Sanctam Mariam maiorem, sub annulo
Piscatoris die Vigesima quinta Maij anni Dnī, millesimi
quingentesimi trigesimi sexti. Pontificatus nr̄i anno Sexto.
Archiepiscopo Cruiseno, Vat. Vincentius Locochessinus